Stetere universi in arena Apostolica, Germano Bohemoque idiomate pro rostris Sacri oratores <{240} [T] {ducenties quadragesies} [B, P, R] {TM3 Conciones dictae 240 } [T] >, ubi et magna Societatis commendatione et pari animarum fructu ad confertissimum aeque ac avidissimum semper perorarunt auditorem. Imo non raro alienum etiam a verbo Dei populum vulgata Missionarii facundia, quasi Herculis Gallicani vinculis, attraxit tantoque perculit fulmine, ut multi in homines formarentur alios. Loquuntur abunde contriti animi, quorum, sese judicibus Sacris, pro tribunali stitere sedecim millia triginta novem <{} [B, P, R] {TM3 Confessiones exceptae 16039 } [T] >. Permulti conjunxere dolori gaudium, **T:177v** quod hominem nanciscerentur de Societate, cui optata dudum libertate et confidentia animae detegere vulnera et curandis his salubria sperare liceret remedia. E numero horum <{non} [B, P, T] {non} [R] > erat ille, qui, ne conceptum in capitalem hostem suum odium eliminare cogeretur, cane et angue confessionem horrebat amplius, donec, aspirante Diviniore Gratia et adlaborante Missionarii solertia, non modo odium vertit in amorem, verum etiam, quantumvis injuriatus, leveis distantem adierit hostem petitaque humiliter venia, redintegrato pristinae amicitiae foedere, conscientiae suae ac dein die subsequo, peracta exomologesi Paschali, justissimae Sanctae Matris Ecclesiae satisfecit voluntati. Neque erat anus illa, cui piaculum singulorum delictorum, qualis in more Ecclesiae Romanae, confessio generali contentae. **R:340** Qua ut Confessario illuderet astutius, surditatem mentiebatur, aurita oculataque tunc nimium anus, cum diebus integris in <{haeresim foede olentes incumberet libros} [T, B, P] {libros haeresim foede olentes incumberet} [R]>, e quibus haustum virus, quasi ministella verbi, propinabat audientibus propinassetque ultra, nisi forte fortuna superveniens Missionarius **B:124v** noxium cum libro abstulisset haereseos venenum, et quia pertinaci silentio libros premebat reliquos, brachii saecularis auxilio carceri mancipasset. Suspirabat in tenebris lucem, quam ubi rursus vidit, sarcina delictorum deposita, Carne Paneque fortium roborata ad propria saniora sapiens discessit.

Et ne adultos modo verbi Divini epulo pascere videremur, etiam parvulis fregimus panem, necessarium ad vitam animae alimentum, rudimenta explanando fidei. Praestitum id famosioribus in ecclesia explanationibus <{189} [T, R] {centum octoginta novem} [B, P] {TM3 Catecheses publicae 189} [T] >, quibus praeclara parvulorum in fide eruditio singulareque parentum respondebat solatium. Hoc ut perfunderentur uberius, prolibus ut plurimum immixti degustata fidei scientia, nec examen, nec pia munuscula detrectabant cum parvulis illudque sibi hodie familiare repetunt. Quae tenemur instillare cum lacte prolibus fidei rudimenta, felicius hodie instructi a Missionario Societatis nobis <{} [T, B, P] {nobis} [R] > parentibus instillant filii.

De privatis quid memorem? Non erat domus casave (quas in pagis novemdecim unus, in decem Missionarius alius obivit singulas) ubi amoena suavitate ad res fidei non detorsisset sermonem

**T:178r** et saepe saepius majorum errores, solicite examinatarum prolium insufflatos auribus, ut ad plausum promoveretur responsum, correcti in parvulis, ut recte crederent utrique.

Eadem felicitate in mortis confinio octuagenario majorem, trimulo tamen rudiorem, utpote cui et personarum in Divinis Trinitas, et essentiae in Deitate Unitas ignota, beavit Deus optimus, quando submisit Operarium nostrum, cujus industria, edoctis religionis salvificae principiis, nunc sapit ad salutem. **P:130v**

Sapiunt et errabundae oviculae illae, quas tum excucullati apostatae Lutheri faucibus, tum aliis daemonum loqueis eripuit indefessum bonorum pastorum studium. Principem locum meretur apostata ex Ordine <{Carmelitanorum} [T, P, R] {Carmelitarum} [B] > discalceatorum, famosus nuper per Regnum Poloniae ecclesiastes. Exulabat is vagus annum integrum multosque peregrini vestitu fallebat. Argi tamen Missionarii non elusit oculos, licet se in vineis, in faece hominum, asylum incolumitatemque adeptum auguraretur. Quo enim latere quaerebat studiosius, investigabatur solicitius, donec vulpeculam hanc, ne forte demoliretur vineas, impulisset in casses. Hic se captivum sentiens in genua proruit, defectum a religione verbis, stagnantibus ubertim lacrymis animi dolentis poenitudinem professus, supplex patronam requirebat manum, quae sese absque sua Ordinisque infamia ad suos deduceret. Quod uti spopondit, ita explevit gaudens de praeda Operarius dieque <{altero} [T, R] {altera} [B, P] > honorifice quadriga Pragam devectum domus Capiti extradidit. Benigne ab hoc exceptus uterque, praeprimis vero Missionarius, cui pro exhibito sibi <{Ordinique toti} [T, R] {totique Ordini} [B, P] > affectu, quas potuit, referebat grates sancte spondens religionem suam nunquam non victuram beneficii tanti memorem.

Par erat in reducenda ad gremium Sanctae Matris Ecclesiae Matrona <{genere Perillustri} [T, R] {Perillustri genere} [B, P] > labor <{} [B, P, R] {TM3 Conversi ad fidem 6} [T] >. Quanto haec in controversiis fidei eruditior, tanto in Lutheri secta pertinacior. Luserat **R:341** illa multorum e Societate nostra aliorumque operam, quibuscum tum in Transylvania, cum Posonii in Ungaria ac novissimae Viennae Austriae versata annis omnino quinis videbaturque impenso conatu obstinari amplius, ut nec scintillula alluceret personis Illustrissimis ecclesiasticisque, qui plurimum ad conversionem cooperabantur, secuturae aliquando conversionis. Animosior moraeque patientior Missionarius complura comi humanitate elusit familiaria heterodoxis in fide sophismata eoque adegit sciolam, ut impatiente silentio terminare cogeret controversiam. Alte infixa ex Patris alloquio inhaesit cordi spina, quam Diviniores **T:178v** profunde adeo infigebant instinctus, ut noctes integras, copiosas inter lacrymas duceret insomnes jam **B:125r** dubia, utrum, desertis Lutheri castris, ad Romanae Ecclesiae vexillum transeundum an religionis paternae, ab unguiculis sibi sacrae, novo Sacramento vovendum. Sic anxiam a thori consorte advocatus reperit Noster novoque ariete aggressus miros spectavit animi luctantis motus. Tres facile horas profusis lacrymis sorti suae jam ingemiscens, jam indignans exhibebat, quam durum fit contra stimulum recalcitrare. Serenavit et animum, et vultum efficax de suscipienda <{fide Romana} [T, R] {Romana fide} [B, P] > propositum. Quod ad amussim explevit, quando festo Inventionis Sactae Crucis in praesentia trium bellicorum officialium senatusque urbici et plebe innumera ejurata prius de more haeresi, catholico

ritu Synaxi refecta, fervidam induit catholicam et induisse unice gratulatur, frequentius suspirans: „O felicior mihi prae Vienna urbibusque aliis civitas, quae gregi me annumerasti Romano!“

Pressit vestigia hujus alius Marti annis <{28} [T, R] {viginti octo} [B, P] > devotus, Luthero ab incunabulis militans, cujus vita licet bellonam magis, quam virtutem spiraret, hodie tamen Christianos prorsus praesefert mores, quasi eosdem cum fide salvifica bibisset.

<{Praetereo} [T, R] {Praeterea} [B, P] > ternos alios, qui veritati Romanae manus dedere, et unum quidem gente Ungarum, cui severior in somnis apparentis Jesuitae vultus conversionis fuit occasio. Plures in triumphum Ecclesiae deduxisset indefessa Missionariorum industria, nisi curta domi supellex spesque praestandi ab acatholicis amicis auxilii[2] sufflaminasset executionem.

Praestolatur <{avidissime hodiedum} [T, R] {hodiedum avidissime} [B, P] > par conju**P:131r**gum opera nostra ad veritatis agnitionem perductum, certum ab acatholicis consanguineis sibi debitum peculium, ut, quam corde premunt, palam testari liceat religionem, in qua cura quidem, nulla foret spes peculii. Accensum in his fidei lumen in <{novem} [T, B, P] {9} [R] > aliis, qui jamjam vacillantes respiciebant et volutabrum meditabantur, novo pabulo reanimandum erat, quod et fortunate resuscitavit hodieque fulgere nobilius cum suo et catholicorum solatio expertus est Missionarius. Hic labor, hoc opus (ne pestilens haereseos flamma grassaretur ultra) ubique aut omnem suffocare scintillam, aut subtrahere pabulum.

Tale sunt libri Lutheri aliorumque haeresiarcharum non minus infamis, quam noxius partus, cujus venenosa dulcedine adeo inescantur popelli rudioris animi, praeprimis vinicolarum, ut dies terant integros, quin et noctes praelectionibus et explanationibus postillarum, et ne legentibus suboriri possit taedium, praegrandi condiunt cereris amphora.

Pretiosum hunc, ut ajunt, thesaurum prolibus suis efflaturi animam haereditatis loco transcribunt eumque, confectis ad hoc in vineae meditullio foveis, terrae **T:179r** concredunt, ut Harpyae, Missionarium indigitant, furaces evadat manus paratumque captivo rogum. Verum sit provida haeresis, neque tamen in terrae **R:342** visceribus occulti, neque ferreis vectibus muniti quiescebant secure, ut non octuaginta in praedam cederent invigilantibus Missionariis, non tamen sine manifesto vitae discrimine. Vix enim casam, quam cum parentibus <{fratres} [T, B, R] {fratros} [P] > terni incolebant, ingressus aliquis librum, de quo certior redditus, haeresim olentem inquirit, responsi loco retulit: „Quis cacodaemonum vobis secreta revelat?“ Placuit innocenter expressa confessio subrisitque Noster et locum, libri latebram, indagat potentius. En sine mora pendulas ad januam fuscinas arripit solidior Patrisque pectus in scopum designat, ducto jam ictu validissimo, quem velocior praevenit Pater fuscinasque manibus extorquet et fuga saluti consulit.

Cognata haeresi, Venus et sibi plurima amores illicitos spirantia erepta gemit volumina, quorum medulla erat famosus ille sub Alberti Magni nomine De secretis mulierum, adjecto superstitiosis

[2] R: původně auxilii amicis, ale nad auxilii nadepsáno 2., nad amicis 1.

artibus referto tomulo, liber cereae in omne vitium virtutemque aetati, cum, quo curiosius, eo noxius actu terenti perquam damnosus. Restabat adhuc mole parvus, infamiis in Societatem nostram praegrandis liber. Jesuiticum nihil **B:125v** titulus referebat et saeculares, et religiosos hebdomadibus prope singulis hospites curiosa libelli frons alliciebat, et vel maxime eos, quibus a Reverendissimo quopiam tanquam munus donante dignum oblatum constabat. Hunc ut conspexit Noster, hypocaustum declinavit, facete ludens: „Hostem fugio.“ Doluit de amissa optati hospitis praesentia domus hospes et ut frueretur ea, <{quantociius} [P, B, R] {quantocyus} [T] > bubonem ex avium caeterarum consortio, librorum aliorum contubernio immixtum eliminavit eliminatumque, spectante supplicium Nostro, in frusta concidit. Sic Societatis nostrae infamiis amoribusque illicitis extinctis, Sacratiores accendere dum student Christianos inter amores, odia Vatiniano paria eradicant.

Implacabile exarserat in annum <{decimum quartum} [T, P, B] {$14^{tum}$} [R] > mulieris in socium mechanicum. Odii semen erat diuturnior carcer, in quem de ablatis <{trecentis} [R, P, B] {300} [R] > Rhenensibus suspecta, innocens detrusa amissam cum libertate credebat famam. Spirabat vindictam, spiratura dum fama per publicos adempta carceres apud omnem late viciniam resuscitaretur. Noxia haec flamma, qua aeternis, qua temporalibus suffocata motivis feliciter adeo, ut sibi vivat quieta, offensori reconciliata. Hoc majus inter vicinas annis prope <{undecim} [T, B] {11} [P, R] > excrevit incendium, quam urbi publicum, tam animabus exitiosum vel ex hoc, quod neutra videri vellet minus odisse, neutra in scelesto proposito minus firma. Utriusque mediatorem non semel egit civitatis judex eo successu (qui foro contentioso est proprius), ut absolvendo alteram in nova odia conjecerit utramque. Hinc quo viciniores **P:131v** corpore, eo sejunctiores animo, una alterius fugiebat aspectum, aut si casus in publico obvias faceret salutis loco ad scandalum adstantium, erumpebant in convitia, novum odiis pabulum adeo atrox, ut si una (confessio est propria) alterius fortunam, res et spes, imo vitam unica aquae gutta salvare valuisset, hujus loco flammam additura fuisset. Succisa haec pestilens radix, quando praesentibus compluribus **T:179v** domesticis, quae durioris videbatur cervicis, ad domum (quam annis <{undecim} [T, B] {11} [P, R] > nec planta tetigerat) adversariae, favente Numine deducta, ubi inter copiosas lacrymas, offensas, errores omnemque inimicitiarum fomitem deprecatae, stipulata manu novum foedus sanxere. Quod sanctum hodiedum cum solatio animorum et urbis aedificatione durat. Accedunt et alia non acerbitate, sed tempore inferiora. Unum annis <{sex} [T, B, P] {6} [R] >, alterum annis <{tribus} [T, B, P] {3} [R] > inter vicinas pariter gliscebat utrumque defectum **R:343** injuriarumque deprecatione praemissa, extinctum. Graviora, quia intestina magis, succendit odia inter senos conjuges aut zelotypia, aut sinister longiori tempore cohabitantium affectus et quidem usque adeo, ut partim thoro separati, partim publicas inter discordias viciniae toti viverent in scandalum. Remedium malo huic ut ferrent Nostri, non destitere, sopito furore sublatoque suspicionum pabulo, zelotypia redintegrare in omnibus mutuum affectum, conjugalem stabilire concordiam.

Conjux alia gravis marito illatae injuriae et infamiae rea meritas luit poenas, quibus muliebris furor irritatus plenis faucibus vomebat vindictam. Haec ne solis concepta verbis crederetur, graviorem facto redidit. Quando non sua modo et mariti substantia pecuniaria, verum etiam collecta Dominii pecunia ablata, fugam meditabatur jamque apprehendit, ut maritus in extremam redigeretur egestatem. Inaudiit scelestum mulieris facinus Missionarius, fugientem insequitur, sceleris gravitatem indeque enatam obligationem secuturam, ubi fama admissam a conjuge vulgaverit rapinam, propriam ob oculos ponit infamiam. Sed surdae fabula, trihorio erat laborandum cum minarum et caedis spirante, feliciter tamen: quia et placatum <{per Nostrum prius} [T, R] {prius per Nostrum} [B, P] > maritum adivit et poenitens cum lacrymis facinoris veniam imploravit humillime, et obtinuit pristinum cum venia amorem.

Amorem **B:126r** hunc veris in conjugibus accendere dum conantur alii, in illegitime sibi et peccaminose cohabitantibus aut supprimere, aut honestare satagebant alii. Reperta numeramus, suscepta jam prolium caterva, in annum secundum, tertium, sextum, octavum, decimum, imo et decimum sextum, pessime conjunctorum paria tria supra sexaginta, e quibus, obtenta a Venerabili Archiepiscopali consistorio facultate, Sacratiore matrimonii vinculo innodata paria sex supra quadraginta, reliquis fuga dilapsis<{} [B, P, R] {TM3 Illegitime cohabitantium paria matrimonio juncta 46 } [T] >. Tria alia novo foedere thoro sociata, quos <{tum} [P, B] <{tum} [T, R] > ministellus verbi <{Zittaviensium, tum Slavus} [P, B] <{TM3 ~~Slavus~~ Zittaviensium, tum Slavus } [T, R] > ad vineas ab incolis evocatus conjunxit. Administratum praeterea virtuti, religioni atque honestati studiosioribus <{decies magnum matrimonii sacramentum} [T, B, P] {magnum matrimonii sacramentum decies} [R] > <{} [B, P, R] {TM3 Administratum praeterea matrimonia 10 } [T] >.

Conjugibus sociandi veniunt matrimonii fructus. Sacro baptismatis lavacro in vitam meliorem recens geniti abluti <{sexaginta septem} [T, B, P] {67} [R] >.<{} [B, P, R] {TM3 Baptizati 67 } [T] > Adultior unus e perfido durae cervicis <{populo Apella. Secutus} [T, R] {populo. Hunc secutus} [B, P] > fuisset et alter, nisi, instante missionis termino, <{ordinario animarum Curato} [T, B, P] {animarum Curato ordinario} [B, P] > in fidei rudimentis instituendum amplius tradere coactus fuisset Missionarius. Introductae solitis Ecclesiae caeremoniis post partum puerperae <{quatuor et septuaginta} [T, B, P] {74} [R] >,<{} [B, P, R] {TM3 Introductae puerperae 74 } [T] > postquam multae earum thaumaturgam **T:180r** <{Patriarchae Nostri} [T, B, P] {} [R] > Divi Ignatii expertam dextram, quam usque nunc prodigiosam exosculantur.

Effudit in pago <{Palovitz} [T] {Palowicz} [B, P] {Palowitz} [R] > mulier proles geminas, mortuam utramque. Partui rursum proxima et de tertiae vita desperat, utpote cujus nec indicium sentiebat. Afflictae suasit Noster, oblata in cultum perpetuum Divi Patriarchae effigie, aquam

P:132r vulgo Ignatianam. Ambabus manibus amplectitur solicita consilium, avido bibit ore aqueum pharmacum et quam in utero post triduum experta est vividam, elapso mense enixa est prolem vegetissimam, beneficii tanti hodie memor. Memores <{vivunt et aliae} [B, P, R] {et aliae vivunt} [T] > sex puerperae <{} [B, P, R] {TM3 Puerperae adjutae ope Sancti Ignatii 7.} [T] >, quibus R:344 in manifestissimo vitae discrimine imploratus promptissime succurrit Ignatius, servata et matre, et prole plerumque mascula incolumi.

Ignatiana illico sparsit beneficia in vulgus fama magna Sancti aestimatione, ut vix esset, qui penates suos salutifero hoc fonte destitutos vellet. Unus certe Missionarius prius quam discederet, quinquaginta plures aquae amphoras, urgente instantissime populo, benediceret, fuit necesse. Nec prodigio caret illud, quod cum in meridiem usque cum ingenti disgustu protraheretur labor, butyrum tamen ut conficeretur, actum agebatur. Unico Sanctae Joannae grano injecto sine mora lac coaluit in optatum laborantibus praemium, butyrum. Minoris erat pretii in domibus quibusdam aqua lustralis ob <{fraude daemonis partum} [T, B, P] {partum fraude daemonis} [R] > errorem, qui invaluerat indubie sagam esse, cujus foribus aqua haec praefixa cerneretur. Emendata stolidior opinio et inductus <{ut} [T, P, R] {} [B] > saluber, ita frequens lymphae lustralis usus in pagis plerisque, abolitae superstitiones, etiam mos ille in obstetricibus geminis preces varias, an inepta dicteria super puerperis, aegris prolibus aliisque fundendi, proscriptum deliramentum sentientium redituram e sepulchro puerperam ad infantem superstitem, <{ni} [T, B, P] {nisi} [R] > in lecto, ubi expiravit mater, infantis loco tudiculum reconderetur ligneum. Defuncta enim Matrona Perillustri, cum ante vesperum tudiculum lecto injectum auferri non posset, noctem insomnem egit Noster et pio usus dolo invigilantibus incantamento obstetricibus, Crucifixum ad lectum moribundae relictum inquirit et tudiculum surripit. Latuit fraus vigiles, donec illucescente aurora spolium protraheret, et in superstitiosas hasce B:126v caerimonias inveheretur Missionarius graviusque objurgatas aliter sentire de puerperis defunctis docuisset. Schediasmata <{superstitionibus plena} [T, P, R] {superstitiosa} [B] > <{} [B, P, R] {TM3 Schedismata erepta superstitiosa 22.} [T]> et sacculi magici viginti duo Vulcano sacrati cum libellis <{quaternis} [T, B, P] {4} [R] >, in quibus praecipiebatur jejunium <{duodecim} [T, B, P] {12} [R] > dierum Veneris, tanquam radix plurimarum Caelestium gratiarum. Interim sub specioso pallio nil latebat aliud, nisi praefidentia et certitudo salutis, in hac proxima in omne scelus ruina.

Sed his nondum contentus Missionariorum zelus. Eluxit ille in deductis ad loca prodigiis clariora processionibus <{triginta} [T, B, P] {30} [R] {TM3 Processiones 30.} [T] >, inter quas visa eminere prae caeteris una, Thaumaturgae in Monte Sancto Deiparae supplex, mille octingenta excedens capita. Magis tamen in heroico discriminum valetudinis et vitae contemptu, quantumvis enim in una solum vinea, sub Bacchi ferias vernumque jejunium, malignis febribus aestuarent <{triginta octo} [T, B, P] {38} [R] >. Omnes tamen in spirituali solatio recreati, in aliis insuper

vineis sacramentaliter absoluti <{triginta sex} [T, B, P] {36} [R] >. Ad ultimam luctam fortiter aggrediendam uncti athletae<{} [B, P, R] {TM3 Extremum uncti 63. } [T] > **T:180v** Ciboque Angelico roborati <{sexaginta tres} [T, B, P] {63} [R] >, et licet hi omnes pluresque aegroti alii vicibus omnino centenis, etiam ad levcas <{duas} [T, B, P] {2as} [R] > visitati, ad iter aeternitatis plenissime comparati. Solatiosissime tamen illi quindecim, quibus ad ultimum usque halitum adstitere Nostri exultantibus, quod liceret in praesentia hominis de Societate fatis concedere.

Testis est Perillustris Domina Ludmilla Laubskiana de Rottaugezd, facta totius vitae exomologesi, lacrymis solatium professa, quod ei arbiter fieret conscientiae Societatis **R:345** Sacerdos et in luctuosissimo agone praeter spem adstes, licet annis jam <{novem} [T, B, P] {9} [R] > ferventibus id a Deo precibus orasse palam enuntiaret. Tam solatiosus conjugis agon quanto fuerit toti Nobilissimae domui solatio, Societati commendationi, congregatis <{pro exequiis} [T, B, P] {ad exequias} [R] > personis Illustrissimis non paucis convocatisque trium Ordinum religiosis, ipse Perillustris viduus luculente in laudes et Operariorum Societatis aestimationem profusus comprobavit. Moribundis solatio, mortuis fuimus auxilio. **P:132v** Defunctorum siquidem cadavera funerali pompa terrae mandata <{quinquaginta sex} [T, B, P] {56} [R] >. Mendico insuper extreme laboranti provisum de <{hospitio} [T, B, P] {hospotio} [R] >, ubi cum susceptis poenitentiae et Eucharistiae Sacramentis obdormisset in Domino, necessaria ad Christianum funus adornandum precibus impetrata.

Praestitum plus illi, cujus derelicta vidua in tantis vivens miseriis, ut paupertas ei inquilina videretur, defuncto marito, nec obulum invenit, quo demortuum humari faceret. Et quod augebat dolorem, minus haberet, ut quae, quiescente adhuc in domo mariti cadavere, mater effecta enixam prolem fonte baptismali tingi curaret. In afflictione gemina succursum, pro marito vita functo a magistratu urbis erogati sumptus, quibus fieret sarcophagus, pararetur sepulchrum, pro recens nata prole vero a loci Decano impetratus gratis baptismus. Neque ideo tamen defuit charitas nostra vivis. Pupillus in parentibus, <{omnibus ad vitam honeste traducendam orbatus mediis} [T, B, P] {mediis omnibus ad vitam honeste traducendam orbatus} [R] >, Nostrum veneratur Patronum: quia hujus charitas misello abunde providit in annos vitae reliquos.

Tenebant squallidi carceris angustiae ternos in annum alterum, unum quidem <{ipsius} [T, B, P] {} [R] > senatus judicio innocentem. Eduxit captivam triadem evicta suavi dexteritate per juratos viros consulares in auram liberiorem Missionarius.

Ad fustigationem damnati gemebant coloni gemini, lumbifragium tamen, agente Nostro, effugit uterque.

Mulier incestuose corrupta, jamque partui vicina, ne manifestum fieret scelus corruptorque fratruelis tribu ejiceretur, ab eodem praecipitatur in Moldavam. **B:127r** At corruptoris opinione felicius emensa fundum exilit, discrimen evadit. Quid scelestus? Gravidam terrae allidit, pedibus

conculcat, praegrandi lapide, tempora, latera spinamque dorsi faedum dilacerat cumque adhuc vitae notarentur indicia, cultrum evaginat innumerisque vulneribus vultum, pectus reliquaque corporis membra, in quae caecus furor dirigebat, scissis in manu dextra venis et nervis omnibus defoedat. Omni destitutam sensu, vulneribus squallidam, defunctam jam auguratur homicida, parat sepulchrum, tum sub putrida cadaver, ut credebat, recondit arundine. Latuit sub hac, Jove pluvio auraque intempesta, die et nocte una et tandem, sic dirigente Providentia Divina, a mulieribus salutiferas in pratis herbas legentibus reperitur monstri quam homini similior. Vix aliquantulum sibi restituta Nostrum inclamat, praesentiam implorat. Adest expetitus et triduo integro omni viduam solatio humano Divinis recreat, utque homicidae ignoscat, suavissime et felicissime disponit prolemque, quam enixa mortuam et <{in} [T, B, P] {in una} [R] > genula jam putrescentem, **T:181r** subministrato pretio, humari facit. Captus interea reus erecto sub dio cippo vinctus traditur, qui tanto ei accidit durior, quanto a curioso populo, praesertim muliebri, **R:346** delictum sarcastice ad furorem desperationemque usque rei identidem obtrudente visitabatur frequentius. Reddita furenti a Missionario malacia, cum judicis hypocaustum impetrasset in carcerem, quam diu Pragenses non evocarent compedes, quibus <{tamen} [T, B, P] {} [R] > paulo post vinctus, hodie praestolatur sententiam.

Fructus coronent praepedita et copiosa, et gravia scandala. A puero personae septuagenariae binae ad seram usque aetatem, sub vernum jejunium carnibus scandalose vescebantur, feliciter persuasa ab iisdem abstinentia. Domus non paucae suspectis refertae personis saeculari brachio evacuatae. Puella illicitis assueta amoribus <{Praga} [T, R] {Pragam} [B, P] > fugiens, tutiores cum amasio quaerebat latebras, sed, spe lusa, carcerem invenit sicque castigata ad parentes, ingemiscente vinculis <{constricto} [T, B, P] {constructo} [R] > amasio, relegata. Heterodoxi duo cum uxoribus prolibusque, urgente Operario Nostro, e partibus orthodoxis abesse jussi, ne libera et scandalosa vita scabiosae oves inficerent saniores. <{ } [P, B, R] {~~Haec fructa compendis sunt quae Missionariorum zelus industrie egit.~~ } [T] >

Pro coronide annuarum in sequentem syllabum praecipuos labores redigimus. **P:133r**

Conciones universim in missionibus habitae 240.

Confessiones exceptae 16039.

Catecheses publice traditae 189.

Ab apostasia reductus 1.

Ab haeresi Lutheri ad ovile Sanctae Matris Ecclesiae revocati 5.

Illegitime cohabitantium <{matrimonio} [T, B, P] {matrimonia} [R] > juncta paria 46.

Contractui matrimoniali secundum Ecclesiae ritum adstitum 10.

Aquis baptismi abluti parvuli<{} [B, P, R] {TM3 adultior Judaeus Ungaricus} [T]> 67.

Introductae in templum puerperae 74.

Puerperae adjutae reliquiis Sancti Patris Ignatii 7.

Schediasmata superstitiosa erepta 22.

Libri haeretici 80.

Processiones ad loca prodigiis clariora <{deductae} [T, P, B] {deducta} [R] > 30.

Extremum uncti 63.

Ad ultimum agonem dispositi, quibus ad extremum habitum adsitum 15.

Sepulti ritu Christiano 56.

Quae omnia sint Ad Majorem Dei Gloriam